



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm**

**Capilla, Andrés de**

**Coloniae, 1607**

Quando ambulamus & iter facimus. Exercitium 25

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)



tionem in diuino seruitio se offerentem.

*Quando ambulamus vel iter facimus.*

Exercitium 25.

2. Cor. 5. Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino.

Psalm. 67. Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

Matt. 9. Circuibat Iesus omnes ciuitates & castella, docens in synagogis, & predicans Euangelium regni: & curans omnes languores, & omnem infirmitatem.

1. Pet. 2. Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos: abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.

Psalm. 118. Aduena ego sum in terra, non abscondas à me mandata tua.

*Consideratio.*

CONsiderabimus. it nera, quæ Christus, cum peregrinaretur in hoc mundo confecit: transeundo de ciuitate in ciuitatem, de loco in locum: aliquando per mare, aliquando per terram: vt vbique perditam ouem in-

qui-



EXERCIT. SPIRIT.

59

quireret, & omnibus in locis bonitatis suæ vestigia relinqueret

*Gratiarum actio.*

**G**Ratias agemus Domino, pro cunctis itineribus & peregrinationibus, quas nostri amore suscepit, & quia factus est dux noster, & via per quam proficisceremur ad Patrem.

*Confusio.*

**P**udore suffundemur: reminiscendo temporis illius, quo perditionis semitam perambulauimus, cucurrimusque clausis oculis ad inferos, in quo iam constituti essemus, nisi diuina misericordia obstitisset.

*Petitio.*

**O**bestabimur Deum, vs sit nobis dux in via quam ambulamus, nosque ab omnibus periculis corporis & animæ, quæ se nobis in huius vitæ peregrinatione offerunt, eripiat.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo iter nostrum, & regemus illud ad supremum illius honorem & gloriam: offeremus ei et a vo-

cc 6

lunta-



luntatem nostram, ad sequendum illum in crucis baiulatione, quemadmodum ipse à nobis exigit.

*Quando domum reuertimur.*

Exercitium 26.

*Psalm. 121. Latatus sum in his quæ dicta sunt mihi, n̄ domum Domini ibimus.*

*Psalm 30. Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias.*

*Psalm. 76. Vn̄a petij à Domino hanc requiram vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus. Christum postquam obedientiam à Patre sibi iniunctam perfecisset, ad ipsum cum magna præda reuersum & à Patre ingenti cum honore ac gloria susceptum, atque ad dexteram confedere iussum fuisse.

*Gratiarum actio.*

**G**ratias agemus Deo, quod nos domum sanos & incolumes reuerti permiserit: quodque cum ipse veluti peregrin-